Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Iulius 1563

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

IVLIVS



Maximilianus ꝛc.

Nos Maximilianus, dilectis nobis dilectis Stephano et Lazaro Margetitsch, gratiam nostram Regiam et omne bonum; Dignum munificentia nra Regia esse arbitramur, quoscunq; de nobis et sacro Imperio, inclytaq; Domo nra Austriae benemeritos et præpuè, quos uitæ probitas et integritas cæteris commendatiores efficere solet, meritis premiis et ornamentis condecorare, ut hoc sibi ueluti scopo proposito, reliqui ad recta uitæ studia probitatisq; exemplo reducantur alacriores. Et quoniam uestræ nobis uitæ moruniq; integritas, Stephane et Lazare, aliarumq; multarum uirtutum præstantia, et in rebus agendis singularis prudentia et industria multorum prædicatione cognita: Cumprimis uero optimi patris uestri res domi Feliciterq; foriscq; Polare et fortiter gestas, quando is compluribus, ac grauissimis, q à multo tempore in sæuissimum Christiani Orbis hostem Turcam Principe sunt susceptæ, non ipse solum interfuisset uerum et in ipsem magnanimi et fortissimi plane militis eximia de se præbuisset testimonia, non in nouissimum usq; spum etiam commoti pro Reip. salute dimicando pertæsus, probè perspectus haberemus: Sane nos eaipsa ob Patris uestri merita, quibus uos præsertim propria etiam uirtute egregiè adaugendis et excolendis, animum præterea ad maxima q̃q nostro et communis reipub. noie, subeunda alacerrimum offeratis, Dignos omnino uos duximus, ad quos nostræ beneficiae fructus aliquis dimanaret posteros

etia uestris commodo et ornamento futurus, Vobis
itaq; Prinemoratis Stephano et Lazaro filijsq; haeredibus
et successorib. uestris, et lumbis uestris legitime procre
atis ac descendentibus, et descensuris in perpetuum
motu proprio ex certa nra scientia animoq; bene de
liberato ac de nra Caesae potestatis plenitudine, haec
infra scripta Armorum insignia. Videlicet Scutum
coeruleum sive Lazureum cuius superficiem occupet
natiuo suo colore depictus Leo, anteriorem partis
Scuti superioris angulum respiciens, hiantiricta,
exerta lingua eaq; sanguinolenta, ac toto reliquo
corpore iamia in praedam irruiturum referens:
Scuto imposita sit galea occlusa, corona aurea
et phaleris licingsq; lazureis et rubris ex utraq;
parte molliter defluentibus ac circumfusis ornata.
E coro eiusdem galeae exurgat Leo medio ta
men corpore existen, ut in scuto, situs et coloris
Quemadmodum hic in medio victoris ingenio melius
et ingeniosius elaborata cernuntur, gratiose concessimus,
donauimus, et elargitisumus, ac tenore pnti concedi
mus et elargimur expsse uolentes, et dicta authorita
te decernentes, quod nos pfatj Stephane et Lazare
filijq; haeredes et successores seriatim exlumbis uris
legitime descendentes, et descensuri in perpetuum, p scripta
armorum insignia ex nunc in antea perpetuis futuris tem
poribus, in omnibus honestis ac decentibus actibus et expe-

ditionibus, similium armigerorum more, tam serio quam ioco in hastiludijs, bellis, duellis, singulari certamine et quibuscunq; pugnis, eminus, comminus, scutis, hamorijs, ve-
xillis, tentorijs, sepulturis, sigillis signetis, monumentis, an-
nulis, ~~edifi~~ aedificijs, clenodijs, suppellectili, ac tam in rebus
spiritibus, temporalibus, quam mixtis, in locis omnibus
iuxta uestram et ipsorum exigentem uoluntatem et desi-
rium, deferre, gestare ac omnq; et singulis gratijs, hono-
bus priuilegijs, immunitatibus, progatiuis, iuribus et con-
suetudinibus in iudicio, uel extra, in sententijs, ac omnq;
et singulis alijs actibus iuridicis, in perpetuum uti, fru
et gaudere positis et ualeatis ac possint et ualeant, quibus
ceteri à nobis ~~hom~~ honor ornamentis insignitis utuntur,
fruuntur et gaudent, quomodolibet, consuetudine uel de iure
absq; alicuius impedimento et contradictione. Mandantes
idcirco et precipentes universis et singulis sacri Imperij ordi-
bus et coniunctis, nec non Archiepis, Epis, Ducibus, Marc-
onibus, Comitibus, Baronibus, militibus, Nobilibus, clientibus,
capitaneis, uicedominis, aduocatis, sfectis, procuratoribus,
Heroldis, caduceatoribus, officialibus, Quaestoribus, Ciui
um Magris, Iudicibus, Consulibus, ciuibus, Comitatib. et
demq; omnibus nros et Sacri Imperij subditis et fidelibus
dilectis, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis et
preeminentiae fuerint, ut nos nominatos Stephanum et
Lazarum filiorq; haeredes et successores Nros legitimos
hisce armorum insignibus ac eorum progatiuis, honoribus
et commoditatibus, quibus alij nri et Imperij armigeri
sine armorum ornamentis insignitis utuntur, fruuntur,

Maximilianus &c.

114 Egregie fid. Cuas prima, 8. 10. 15. 19. 22. 26. 29 Maij. necnon 2. 5. 8. 19. 23. 27. 30 Junij ad nos literas pferendas dedisti, eas quidem ves accepimus, singularem tuam industriam atq; diligentiam tranq; frequentia et continuatione iam olim hucusq; pstitam pterq; ve approbantes. Ceterum quod interdum tuis scriptis respondendo una aut altera tua ad nos transmissa Epistola silentio sit pterita, uel etiam pterisq; rarius rudere aliquandiu differamus, idipsum no temere neq; absq; probabili ratione à nobis fieri pstasti tibi uolumus, adeoq; eiusmodi intermissionem culpa et Secretarium nostrum minime e conscienda. Atqui ut hoc te dubio penitus eximamus ves eas lras quas in hunc usq; diem una cum Nobilis f. n. d. Prosperi Comitis ab Archo S. Cas. Mtis apud Summu Pont. Rome Oratoris Scriptis ad nos dedisti nobis certò redditas et exhibitas esse hijs ipsis tibi benigne significamus. Regia erga te gra clementer animati. Date p Viennam Austriae 12 Julij Anno p 63°.

Ad Galeatium Cusam recepisse.

Maximilianus &c.

115 Cognouimus ex lris Vrae Dilis quantopere ipsa Alexium de Vrsis nobilem Bononiense commen-

datum nobis cupiat eo videlicet noe ut nra interceßione
in quadraginta virorum magistratum Boromensis Ciuita
tis asciri illum apud S. D. Pont. Max.um satageremus. Ca
sarie Vre Ill.mae voluntati, etsi Nos benevole obsequi
sume cupiamus, ad gratiam tpsertim ueri fraterni amoris
officia eidem Vre Ill.mae declaranda iampridem pro
pensissimi, quo minus tamen nunc quidem morem
geramus, id nobis plane obstat, quod quam eodem in
magistratu conseguendo opa et commendatione iam dudum
Marco Antonio de Volta Nos eam ob rem supplicitor o
rantis clementer tpsturdam duximus: eam porro rata
firmaq; haberi nra authoritati summopere conuenit.
Veruntamen ut eiusmodi Vre Ill.mae petitionem nihil
minus cordi Nobis maxime esse eadem Vra Ill.ma
tpclarius agnoscat: Equidem (Si ita Vre Ill.mae iusum
fuerit.) ut is saltem locus qui ab hoc primus ex di
ctis Quadraginta Virorum magistratibus uacauerit e
dem Alexio de Vrsis certo cedatur, Quantum nra q
dem benignitas et benevolentia suffoceritt, perlibenter
et diligenter apud eundem Pont. Max.um procurabimus.
De cetero Vre etiam Ill.mae symero in Nos amori
et studio, benevolentissimi itidem et fraterni prorsus
animi voluntate tpetuo respondere. Quam Vram Ill.
Deus immortalis saluam et incolumem nobis diu
superesse velit. Ticinae 12 Julij Anno p 63.o.

Ad Leonoram Ducissa Mantuae.

Ira (Siue) Commendatione p Alexio de Vrsis, Recepisse, primum p
sibi uacare (inter) Quadraginta Viros, locus, cedatur.

Maximiliano II.

Quoniam R. P. Vrae animi propensionem quamcumque occasione testatam impense semper cupiebamus, sane in Alexio de Vrsis, ut is quadragenariae Bononiensis officio cohonestaretur, iuuando, et commendando, quod id à R. P. Vra tam sedulo postulari ex lris eius intelligantur, Nobis nec uoluntatem nec studium deesse Reu.mae P. Vrae persuasum omnino uolumus: Verum si minus fortasse quam et R. P. Vra à nobis expectet, et nos ipsi merito maxime uellemus, eidem R. P. Vrae hoc quidem tempore postamus, ideo tantum fieri indubie credat, quod sanc.mus D. Pont. Max.us eius ipsius Magistratus conferendi nec Marcum Antonio de Volta iam antea à nobis commendatum, eiusmodi Vra commendationis fructuam frustrandum esse minime existimemus. Atqui Nra in uoluntate, in R. P. Vrae petitionem concedendi nihil fuisse desyderatum, ut re ipsa eadem Vra R. P. cognoscat, et hoc ei certo spondemus (Siquidem id gratum fore R. P. Vra comperimus) intercessures non esse sedulo, apud eundem Pont. Max.mum ut is Alexius, uel proxime uacaturo post hunc loco, inter eiusmodi Quadraginta Virorum Magistratus primus recipiatur: Neque quicquam pleraque summus postermissuri, quo amicissima illam, qua erga R. P. Vram ferimur, benevolentia uiderentur attestemur: Interim à Deo eidem R. P. Vra ora felicissima exoptatos. Viennae 12 Julij Ano 65.

Ad Card.lem Fredericum Gonzagam.

Vt apud Sum. Pont. interrogat, quo Alexius de Vrsis ad primum uacantem locum inter quadraginta Viros recipiatur.

XXI
119

Maximilianus &c.

Cum perspecta nobis sit iampridem optima ista R. Pa-
tris in nos voluntas et propensio, tam multis presertim
cum in fratres maiores nros, tum in Nosipsos quoq; ex-
tui amoris et observantiae indicijs contestata: sane,
quae de difficultate, cum de officij ipsi S.o D.o Pont.
Max.o deferendi ratione nuper Romae ageretur, subor-
ta, tris suis ipsa prolaire et copiose nos admonet, quam
sincero et bono etiam animo sint experta, minime pla-
ne dubitamus.

Quoniam aut antehac nobis firma semper stetit atq;
etiamnum stet sententia, ut eiusmodi in negotio ad
Augustissimorum Antecessorum nostrorum temporis presertim
ordine proximiorum, atq; adeo Sa.e Cas.e Mtis
Fratris et Patris ipsi colendissimi (quem Imperij
res pie feliciter adhuc gubernantem diutissime
nobis superstitem porro conservet Deus) exem-
plum nos penitus componamus, atq; instituamus:
Et preterea hoc ipso tempore Reverendus eiusdem
Nuncius Aphius Delphinus ea de re apud Nos hic
agat: Equidem iti nos paratos propensosq; exhibui-
mus, ut bona Nos spes teneat, hoc modo Eius San-
ctitatem illud presertim quod diximus, qui proximi
Nos antecesserunt, Reges Romanos pari in negotio
pastitisse advertentem, plene sibi à Nobis in satis
factum paterne esse existimaturam: atq; hac ratione
brevi rem eam feliciter fore finiendam. Quod

insuper eadem R. V. P. suam etiam opera et studia omni tam amanter, tantaq; animi devotione, qua certe maiori nix alius deferre suum posset, nobis deferat: id nos memoria constanti observatione ita porro recolemus, ut nobis non gratissimum solum et acceptissimum id fuisse officij, verum et ad antiquam nostram in se amore et benevolentia multò etiam arctius porrò deinciendam plurimum contulisse, ipsa cognoscat, Cui Deus oia fortunatissima euenire uelit perpetuo. Viennæ 16 Julij Anno 63.

Ad Card.lem Moronu.

ut opperam suam in confirmatione Reg. Pom. deferat.

Maximilianus &c.

118 Mag. f. n. d. Litera tua nona die mensis Junij data a consanguineo tuo nobis sunt exhibitæ, Namq; singularem in Nos observantiam, et officio. Jam una cum dilectis meis filijs in Hispanias profiscendi Voluntate ac promptitudine clementer acceptauimus: quod quidem omninò, quicquid de cõsilio et arbitrio tuo ea de causa tandem proponeres pro tua comodissimè oblata occasione fagendum esse duximus.

Cæterum de filio tuo Nobilium puerorum Dilectorum earundem mũnero ac coetui aggregando hoc sane tempore tunc haud possumus. Votis satisfacere.

Priusq; enim hasce ad nos transmiteres, conditioni seu loci nil religui ~~supererat~~ supererat. Verumtamen si quid in posterum iuuare contigerit nos tui imprimis perbenigne meminisse operieris.

Denuo ad Adiles relationem quam nobis humiliter exposuisti, quod attinet eius quidem nos non erimus immemores, summosq; tibi rem omnem comode ac tempestiue ostensuri. quod quidem his ipsis tibi respondere et significare decreuimus, Regia tibi q; mra clementia no defuturi. Data Viennae 19 Julij Anno ⁊ 63.

Ad Hipolitum Palauacinum.

Suum Thop ~~mat~~ recipisse.

Maximilianus etc.

119. Commendatos iamdudum V. Dil. Thomam maiorem Astensem eiusq; gemerum Primum Pergamum, Albanum Legum Doctores, adeoq; ipsum his magis benigne ut nostro moe ee plurimum cupiebamus. Verum cum ea ex comendatione illi perparum sese adiutor conferant, quod alter eorum Pergamus scilicet carere etiamnum delineatur, ac proinde per nos, quod tabpere hucusq; frustra sperassent, à V. Dil. adhuc impetrare, denuo supplices postulent: Petimus ab ipsa iterum atq; iterum, ne mram apud se interessionem adeousq; mianem illis uelit cedere, quin Nos à V. Dne magni fieri, neq; leuiter amari ipsi quoq; suo comodo intelligant. Id nobis à V. Dil. obtinget ita grata, ut fraterni illg amoris et benevolentiae, qua ipsam constanter ⁊ sequmur offuijs libenter ea res feret, sing copesaturi. Vale

22 Julij Anno

Ad Ducem Mantuae Altera Comendatitia

pro Thoma maiore Astensi et Primo Pergamo Albano.

Maximilianus etc.

+ XXX. 120.

Magci id. Literas Vestras xx die Julij ad nos datas, quibus significatis in novi Regis Coronatione uias eas publicas, unde Rex in templum, et è templo in stationem, atq; ex eo loco in aulam suam pregreditur pannis insterni hactenus solitum fuisse, accepimus, earumq; tenorem clementer intelleximus. Quod si ita fiet (et scribitis) veteri more iet obseruatum, sane nolumus eam consuetudinem à Vobis prætermitti. Pannum itaq; nec nimis preciosum, nec etiam nimis vilem sed inter utrumq; medium comparari curabitis. Quanta dut eius pannii copia esse debeat, nihil certi Vobis prescribere possumus, id Vobis ipsis perpendendum rationi ineundæ relinquimus: nihil dubitantes, Vos pro rei occasione quam diligentissimè eiusmodi dia esse curaturos. Quod Vos, ad petitionem Vestram minimè celare voluimus. Benignitate in nos ita magnopere propensi. Viennæ 26 Julij Anno 1608.

Ad Camerae Hungaricae Consiliarios. Vrgy. quod

in nouo Regis Hun: coronatione (publica via pannis insterni solitum fu. Respiscc.)

Maximilianus etc.

121

Lectis tuis lris, quibus certiores nos facis apud Classes Turcae maritimas de Transylvania Nazodisq; Valachia Autumno ineunte, inuadenda et subigenda deliberatum statutumq; omnino esse: Itaq; Respotam una tecum à nobis magnopere rogam ut ei periculo maturius occurrari fide. n. d. Antonium Zeckel isthuc cumprimum expediamus: Sane Nos tibi Significatum clementer uoluimus: Dictum Antonium, quod induciae illae, quae Sac. Caes. Mtis nobisq; non cum Turcarum Solum Imperatore, uerum et cum Joannis Regis filio Solemniter sunt initae firmas inuiolatasq; omni ex parte seruandas decreuerimus, eiusdemq; Antonij nobis opera alijs in reb. fructum sit usui, hoc tpe à nobis dimitti plane non posse.

Quod aut Respota infestis signis Trans-sylvaniam adoriri mohàtur, eadem tibi Clementer imaginamur ut ab eiusmodi ipsum conatibus et Sac. Caes. Mtis et nostro noe dehortandum auocandumq; impensis studeas: ac pterea illi serio significes, tantum abest ut talia machinans ab utroq; nostrum consilij aut subsidij quicq; expectet, ut etiam ea re magnopere nos sit offensurus: hoc insuper addito: Turcae ista ratione ad suscipiendam Regis Transylvaniae defensionem comonis non huius solum regnum, uerum et

ipsius quoq; Despotae Scalicei Litiorem occupandi occasionem ab illo fore suppeditatam. Deferat ergo eiusmodi suum Epositum, ex quo nil aliud pler nonnos Christiani Orbis tumultus consequituros intelligat, sibiq; ipsi damnu irreparabile prohibeat.

Ceterum alijs tamen in rebus si quid ab utroq; nostrum benevolentiae in ipsum officij conferri poterit, animum illi nostrum propensum declarabimus. Ex te aut q̃ in posterū idem Despota suscipiet porro intelligere clementer cupimus. Benignitate nra tibi quoq; minime defituri.

Veimar 26. Julij Anno 63°.

Ad Martinum Zengothartum

Crary suarp, Quod Despota transylvanicus adoriri moliatur, Surrpiser.

Maximilianus &c.

122. Delatum ad nos est, vacasse Commendam S. Petri in Provincia Carniolae, ex obitu nouissimi eius legitimi possessoris Roberti Cassar, cuius collatio pleno Jure et titulo ad te, vti Generalem Commendatorem in Maulpergg pertineat: Eam aut à deuoto fre Christophoro Loimer, et pter hanc aliam iam antea Commendam habeat, in Halstein, eiusdem Prouincia, etiam te, vti legitimo Collatore non consulto, indebite esse occupatam; Itaq; te altera illarum Commendarū ab eodem fre euindicandam, pro Jure et titulo tuo destinasse. Quoniam

igr doctam f. n. S. l. Medicum Franciscum Par-
thinum de Roberetto, ob fidelem nobis operam et
obsequium huc usq; integerrimi prestitum, singulari
fauore complectimur, eiusq; in te quoq;, totamq;
tuam familiam, antiqua ex medica eius arte meri-
ta extare, quae ipse quoq; animo tene grato sponte
agnoscas, intelligimus: Petimus abs te admodu
clementer, ut facta eiusmodi recuperatione, sine
vindicatione, eiusdem Parthini filio, quem ille
Clericali ordini destinatum, tibi obtulerit, altera-
tram earum commendare, tam hac nra commendatio-
ne, quam eximia preterea parentis eius probitate et
continuo in te, tuosq; ob studio motus, peramanter
cedas atq; conferas. Ineo pter quod officium me-
digne gratitudinis, et beneficiis tua exhibebis, Vi-
rumq; tua beneuolentia dignissimum, egregie deli-
ies: Nobis quoq; maiorem in modum gratu
faturus es. Vienna 30 Julij Anno 1630.

Ad Christophorum
Remer Vt Parthini
filio ad altera tram Christophori
Reiner commendari confirmat.